



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De s[an]cto Ursatio co[n]fessore. Cap[itulum]. lxxvij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

## Liber

nihil in manibus eius: aut vestibus sacramen-  
torum christi inuenire potuerunt: sed relicto cor-  
pore cum terrore fugerunt: quod a christianis  
subitarum: et via apia in cimiterio calixti sepul-  
tum est. xviii. kalen. septembris.

De sancto Ursario confesso. Cap. lxxvii.



**U**rsarius con-  
fessor claruit in nicea  
bithynie ciuitate. hic  
enim genere persa: primum sub  
rege licinio confessor effectus:  
deinde solitaria vitam in tur-  
ci ciuitatis ipsius agebat in-  
census. Qui iter cetera signa  
cuz obsessus a diabolo gladio  
arrepto per urbem discurreret:

cunctis fugientibus eidem solus occurrit: ipsumque  
a demone liberauit. Draconem etiam ante ni-  
comediam ciuitatem existentem: soloque flatu ho-  
mines perimentem oratione sua de valle produ-  
cum leuiter baculo capite percussum extinxit.  
Ubi etiam niceam ciuitatem terremoto di-  
ruendam longe ante predictum. Dum autem dies  
terremotus aduenisset ad ecclesiam currens et  
clericos admonens: ut pro imminente periculo  
deum orarent: ab eis irrisus ad turrim rediit:  
prostratusque in oratione cum lacrymis se dedit.  
Interea homo superueniente terremoto: pluribus  
oppressis: reliquis per montana dispersis: vasa  
tius in turri mortuus repertus est: pronus ia-  
cens sicut orare solebat. Sermo tamen est quod deum  
orasset: ut prius vitam finiret quam videret excidit  
ciuitatis. Dies autem vrbis structura ex illo terre-  
motu diruit: sola turris in qua sanctus orabar pma  
sit. Quieuit in pace. xviii. kal. septembris.

De sancto Arnulpho episcopo  
mereni. Cap. lxxviii.



**A**rnulphus  
episcopus mereni.  
ut ait petrus da-  
mianus: pater pipi-  
ni fuit: et auus  
karoli magni imperatoris. Qui  
torporis in ducatum tenens:  
uxore et filiis ac seculo derelictus  
heremi petri et solitaria vitam  
elegit. Veniens autem ad pontem  
fluminis moselle: anulum suum in aqua demersit  
tali conditione: ut quoadocumque ipsum reciperet:  
se a domino intelligeret peccatis omnibus ab-  
solutum: indeque in heremo mundo mortuus deo  
vixit. Defuncto autem mereni. episcopo in pon-  
tificem electus est. Dumque piscis eidem ad eden-  
dum fuisset oblatus exenterato pisce anulum eius  
in ventre repertus est: cum tamen per duas dies  
tas a loco ubi anulum defecerat: piscis captus  
esset. Intelligens autem sanctus peccata sua

sibi dimissa: nihilominus penitentie operibus  
artius insudauit: pauperibusque largitus ministravit:  
et multis miraculis claruit. Nam in diebus ro-  
gationum ad processionem tendens: demontium li-  
berauit: leprosum quendam barbarum in domo sus-  
ceptum ad christum conuertit: quem baptizans spiri-  
tu pariter et carne mundauit. Luitate suam in cen-  
dio pene totam flagrantem: dum omnes aufusa-  
gerent: ipse se igni obiciens signo crucis edito  
flamas compescuit: vltimus procedere non  
permisit: Quo die per visum quidam longe con-  
stitutus crucem igneam in aere conspexit: audita  
voce quod tali signo mereni. ciuitas per Arnulphum  
ab incendio fuerat liberata. Tandem vir dominum  
famam populi fugiens heremum repetiit: et cum  
aliquibus monachis deo seruauit: successore sibi  
beato geotico ordinato: ubi et post tempus modicum  
in pace quieuit. xviii. kalen. septembris. Successor  
autem eius obitu ipse cognito cum clero et po-  
pulo locum adiit: et sancti corpus ad suam ci-  
uitatem transferens in ecclesia apostolorum con-  
didit: ubi et quiescit signis effulgens.

## Septimus

De sancta Serena regina. Cap. lxxix.



**S**erena regina  
quondam diocletiani augusti a  
sancto cyriaco martyre conuer-  
sa et baptizata est: quia filia eius  
artemia a demone liberauit: ut  
supra dictum est in passione cy-  
riaci. vi. idus augusti. Que videns persecutionem  
ditam christianorum: quam vir eius exercebat: quod  
per annos decem durauerat: ita ut infra dies  
triginta per diuersas puincias. xviii. milia mar-  
tyrio coronarent: et in phrygia ciuitas vna chris-  
tiano vndique conclusa ne vilius euadere poss-  
set: igne cum omnibus cremata fuisset: videns  
quod susannam neptem eius passam: et alia ma-  
la que fiebant: dolore cruciata et febre correpta  
in confessione domini migravit ad christum. xviii.  
kalen. septembris: sepulta a christianis iuxta cor-  
pus susanne in crypra.

De sancta Artemia virgine et mar-  
tyre. Cap. lxxx.



**A**rtemia virgo ro-  
me passa est sub maximiano fi-  
lio diocletiani fratre suo: filia  
namque diocletiani fuit et serene  
auguste. Que cum esset ab im-  
mundo spiritu obsessa a sancto  
cyriaco martyre liberata et baptizata est: vi. idus  
augusti. Post mortem autem diocletiani cum ma-  
ximiano filio eius in imperium sublimatus  
esset: christianosque persecueretur: cyriaci quid-  
dem cum eius sociis diuersis supplicijs marty-  
rizauit. Artemiam vero sororem suam gladio in  
christi confessione necari fecit: que iuxta matrem

De sancta Artemia virgine et mar-  
tyre. Cap. lxxx.